



# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

---

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIASTICO, calle de la Rua, 59

---

### Aniversario de la preconización del Excmo. Prelado

El día 18 de los corrientes es el cuarto aniversario de la elección del Excmo. e Ilmo. Sr. Dr. D. Julián de Diego y García Alcolea para regir y gobernar la diócesis salmantina.

EL BOLETÍN ECLESIASTICO recuerda con placer fecha tan memorable y besa el anillo de S. E. I. en testimonio de inquebrantable adhesión y respetuoso afecto.

---

## OBISPADO DE SALAMANCA

### CIRCULAR

Próxima la celebración del singular jubileo de la Porciúncula recordamos a nuestros Venerables Curas párrocos y encargados de parroquias la extraordinaria ampliación que de ese privilegio hizo el Sumo Pontífice por *Motu proprio* de 11 de Junio de 1910 y Decreto del S. Oficio de 26 de Mayo de 1911 (1).

---

(1) Se hallan estos documentos: el primero en el BOLETÍN de 1910, página 226, y el segundo en el de 1911, página 192.

En virtud de las facultades Apostólicas que se Nos conceden designamos para las visitas exigidas para lucrar mencionado jubileo, nuestra Santa Iglesia Basílica Catedral y todas las iglesias parroquiales y ayudas de parroquia de nuestra diócesis, recordando que en cada visita se ha de orar brevemente, según la intención de Su Santidad.

No se omita, conforme al deseo y recomendación del Papa, disponer en las iglesias, a la hora que parezca más oportuna, unas rogativas solemnes con exposición de S. D. M. cantándose la antifona de vísperas y la oración de San Francisco, añadiendo las letanías de los santos y terminándose con la bendición con el Santísimo.

En las parroquias de fuera de la capital, donde los Párrocos o sus encargados lo estimen oportuno, podrán, mediante la autorización que concedemos, designar el día del domingo siguiente al 2 de Agosto, para lucrar la indulgencia indicada, en la forma que en el *Motu proprio* y citado Decreto se expresa.

Salamanca 1.º de Julio de 1917.

✠ EL OBISPO DE SALAMANCA.

## Prerogatio dispensationis ab obligatione applicandi

Missam pro populo in festis suppressis

Beatissime Pater:

Episcopus Salmantinus perdurantibus iisdem causis, a Sanctitate Vestra humiliter postulat ut sibi progetur indultum iam pridem concessum per Rescriptum S. C. Concilii diei 26 Febr. 1914 ad triennium circa facultatem dispensandi rectores animarum ab applicatione missae pro populo in festis suppressis.

S. Congregatio Concilii, auctoritate SSmi. Dñi. Nostri Benedicti PP. XV, attentis expositis, petitam prorogationem, in terminis et forma praecedentis Rescripti, benigne impertita est ad aliud triennium a die expirati indulti computandum.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 30 Maii 1917.

F. CARD. CASSETTA, *Praefectus*.

I. MORI, *Secretarius*.

Habiendo sido ejecutado el Rescripto anterior con fecha 20 de Marzo de 1914 y expirado, por lo mismo, en igual fecha del año actual, la presente prórroga expirará en 20 de Marzo de 1920.

Salamanca, 11 de Junio de 1917.

DR. AGUSTÍN PARRADO,  
*Secretario*.

---

## LITTERA APOSTOLICA

---

**Tertiariis saecularibus S. Francisci datur facultas benedictionis seu absolutionis recipiendae intra octiduum festivitatum quibus ea est adnexa.**

### BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam.—Quae omnia ad Ecclesiae thesauris facilius perfruendum spectent, ea de more Romanorum Pontificum praestare libenti quidem animo solemus. Itaque cum dilectus filius Iosephus Antonius a S. Ioanne in Persiceto, Procurator et Commissarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum Capulorum, humiles ad Nos preces admoverit, ut saecularibus tertiariis S. Francisci exoptatum privilegium concedere dignaremur; Nos, quibus sane est compertum, quot laudes inclytus hic tertiarius Franciscalis Ordo sibi in Ecclesiam et in civilem communitatem comparaverit, piis hisce precibus benigne obsecundamus. Quare de omnipotentis Dei misericordia ac SS. Petri et Pauli, Apostolorum Eius, auctoritate confisi, et audito quoque dilecto filio Nostro S. R. E. Card. Poenitentiario Maiore, omnibus ac singulis saecularibus fratribus tertii Ordinis S. Francisci Patris, ubicumque degentibus, facultatem apostolica auctoritate Nostra praesentium tenore facimus, cuius vi

Absolutionem seu Benedictionem excipere, servatis de iure servandis, valeant, quolibet die intra octiduum earum festivitatum, quibus eadem Benedictio est annexa. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die XIV aprilis MCMXVII, Pontificatus Nostri anno tertio.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

(Acta Apostolicæ Sedis, 1917, p. 262).

---

## S. Sacra Cong. Officii

---

### I

### DECRETUM

Indulgentia partialis tribuitur renovantibus propositum cuiuscumque mortis generis suscipiendi

*Die 16 Novembris 1916*

SSmus. D. N. D. Benedictus, div. Prov. Pp. XV, in Audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, universis christifidelibus qui, postquam sacram Communionem rite sumpserint, sequentem actum, iam a s. m. Pio Pp. X, die 9 Martii 1904, plenaria indulgentia pro articulo mortis ditatum, renovaverint: "Domine Deus meus, iam nunc quodcumque mortis genus, prout tibi placuerit, cum omnibus suis angoribus, poenis ac doloribus, de manu tua aequo ac libenti animo suscipio," indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, defunctis quoque adplicabilem, semel in mense lucrandam, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. ✠ S.

† Donatus Archiep., Ephes., *Ads. S. O.*

II

DECRETUM

Conceditur indulgentia oco dierum recitantibus iaculatoriam  
precem ab B. M. V. «a fiducia»

Sanctissimus D. N. D. Benedictus div. Prop. Pp. XV, die 3 ianuarii 1917, ad preces moderatorum et alumnorum pontificii seminarii maioris Lateranensis, in cuius minori sacello imago B. V. Deiparae, a Fiducia nuncupata, praecipuo cultu honoratur, universis christifidelibus, qui, corde saltem contrito, eandem beatissimam Virginem his verbis: *Mater mea, fiducia mea!* devote invocaverint, quoties id egerint, indulgentiam trecentorum dierum, animabus quoque igne piaculari detentis profuturam, benigne concedere dignatus est. Quam Indulgentiam in perpetuum valituram esse, absque ulla Brevis expeditione, clementer indulgit. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Documentum huius concessionis ad Supremam hanc Congregationem S. Officii, iuxta *Motu proprio* eiusdem SS. D. N., d. die 16 septembris 1915, rite exhibitum fuit, die 27 ianuarii, anno 1917.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius.*

L. ✠ S.

Carolus Perosi, *Ads. S. O.*

III

DECRETUM

Seu declaratio extensionis quarumdam indulgentiarum

*Die 22 martii 1917*

SSmus. D. N. D. Benedictus div. Prov. Pp. XV, in Audientia R. P. D. Adsesori S. Officii impertita, optatis plurimorum Sacrorum Antistitum obsecundare cupiens, praehabito voto Eminentissimorum Patrum Inquisitorum Generalium, benigne concedere dignatus est, ut christifideles, devote genuflexionem coram Augustissimo Sacramento, sive in Tabernaculo clauso, sive solemniter exposito, peragentes, Indulgentias a s. m. Pio Pp. X, die 28 iunii 1908, concessas lucrari

valeant, etiamsi loco invocationis: *Gesù, mio Dio, vi adoro qui presente nel Sacramento del vostro amore*, alia proferant verba, quae tamen adorationem expriment. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

R. CARD. MERRY DEL VAL, *Secretarius*.

L. ✠ S.

Carolus Perosi, *Ads. S. O.*

## DE SPIRITISMO

*Feria III, loco IV, die 24 aprilis 1917*

In plenario conventu habito ab Emis ac Rmis Dñis Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus: proposito dubio: "An liceat per *Medium*, ut vocant, vel sine *Medio*, adhibito vel non hypnotismo, locutionibus aut manifestationibus spiritisticis quibuscumque adsistere, etiam speciem honestatis vel pietatis praeseferentibus, sive interrogando animas aut spiritus, sive audiendo responsa, sive tantum aspiciendo, etiam cum protestatione tacita vel expressa nullam cum malignis spiritibus partem se habere velle."—Idem Emi ac Rmi Patres respondendum decreverunt: *Negative in omnibus*.

Et Feria V, die 26 ejusdem mensis, Ssmus D. N. D. Benedictus Div. Prov. PP. XV relatam sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 27 aprilis 1917.

Aloisius Castellano, *S. R. et U. I. Notarius*.

## *Sacra Congregatio Consistorialis*

### DUBIA

De secreto servando ab iis, qui de informationibus requiruntur circa promovendos ad episcopatum

Ad S. hanc Congregationem sequentia dubia pro solutione proposita fuerunt:

I. Num iis, qui sub secreto S. Officii de informationibus requiruntur circa personas ad episcopatum promovendas, liceat delatum sibi munus, qualibet de causa, etiam ad tutiores notitias hauriendas, aliis revelare?

II. Num, reticita commissione de qua supra, liceat ab aliis notitias requirere, quoties adsit periculum, etiam remotum, revelationis secreti?

III. Num datas informationes liceat, quacumque de causa, alteri, etiam secretissimo et intimo vel in ipsa sacramentali confessione, revelare?

IV. Quibus poenis plectatur qui talia egerit in primo, vel secundo, vel tertio casu?

V. Qui ignarus certae notitiae, eam ab alio vel aliis tutissime haurire valeat absque ullo periculo violationis secreti; num possit ex se, absque S. Congregationis licentia, hanc personam vel has personas interrogare?

VI. Et si hoc fecerit, tenetur ne hanc personam vel has personas, a quibus notitias hausit, in suis informationibus S. Congregationi manifestare?

Et Sacra Consistorialis Congregatio, omnibus mature perpensis, ad praedicta dubia respondendum censuit:

Ad I, II et III. In omnibus his casibus non licere.

Ad IV. Excommunicatione, a qua nemo, nisi Ipse Romanus Pontifex, excluso etiam Emo. Cardinali Majori Poenitentiario, absolvere potest; aliisque poenis ferendae sententiae, quae contra violatores secreti S. Officii a iure statutae sunt.

Ad V. Posse.

Ad VI. Teneri.

Quae solutiones cum ab infrascripto Cardinali Secretario ad Summum Pontificem, in audientia diei 20 huius mensis relatae fuissent, Sanctitas Sua eas approbavit et publicari mandavit.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 aprilis 1917.

✠ S. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius*.

L. ✠ S.

† V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adessor*.

## *Sacra Congregatio de Religiosis*

Interpretatio decreti «cum de sacramentalibus»

In articulo V Decreti *Cum de Sacramentalibus* diei 3 februaryi 1913 statutum est: “Si qua religiosa ad animi sui quietem et maiorem in via Dei progressum, aliquem specialem confessarium vel moderatorem spiritualement postulet, erit facile ab Ordinario concedendus; qui tamen invigilabit ne ex hac concessione abusus irrepant; quod si irrepserint eos caute et prudenter eliminet, salva tamen conscientiae libertate.”

Circa hunc articulum proposita sunt S. Congregationis de Religiosis sequentia dubia:

I. An confessarius specialis seu spiritualis moderator pro aliqua religiosa deputatus iuxta art. V Decreti *Cum de Sacramentalibus* valeat perpetuo in suo munere permanere, vel potius concedendus sit ad tempus praefixum.

II. An deputari valeat in confessarium specialem seu conscientiae moderatorem alicuius religiosae, qui in decurso triennio confessarii ordinarii communitatis munere functus sit, nondum a cessatione praedicti officii anno expleto.

Emi Patres Cardinales huius S. Congregationis de Religiosis, tota rei ratione mature perpensa, in plenario coetu habito die 20 aprilis currentis anni 1917 responderunt:

*Ad primum:* Specialem confessarium seu moderatorem spiritualement concedendum esse non ad tempus praefixum, sed donec perduret iusta causa necessitatis vel utilitatis spiritualis religiosae, quae postulaverit, ad normam Decreti *Cum de Sacramentalibus*, sub n. 13.

*Ad secundum:* Affirmative.

Facta autem de hisce omnibus relatione ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis, in audientia die 22 eiusdem mensis aprilis. Sanctitas Sua Emorum Patrum sententiam benigne ratam habuit et confirmavit.

I. CARD. TONTI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Adulphus, Ep. Canopitan., *Secretarius*.



## S. Congregatio Concilii

### SEGOVIEN

#### CANONICI MAGISTRALIS

*Die 17 Martii 1917.*

Año 1905, Capitulum Cathedrale Segoviense voluit singulari ratione percellere agendi modum Canonici Magistralis, sac. Nicolai Ruiz de Rueda, qui dissidia inter confratres disseminare non desinebat; ad unanimitatem nempe decreto, quod "nullus capitularis canonicum Magistralem Dñum. Nicolaum Ruiz Rueda gratis sufficeret, et qui suffecerit, hanc ipsam poenam subiret, . Sciendum est enim, in Capitulo Segoviensi, prout in coeteris Hispaniae Capitulis, morem vigere, vi cuius Canonici, et in specie Magistralis, teneantur per alios implere onera communia chori, quando impediti manent ob exercitium muneris peculiaris proprii officii. Substitutio vero vel fit ab aliquo capitulari ex amicitia et titulo gratuito, vel provideatur ab ipso Capitulo, titularis expensis. Canonico Magistrali igitur, memorato Capituli Decreto, via fuit subducta adinveniendi aliquem ex collegis, qui gratia eum substituere posset; nam omnibus inhibitum fuit, quominus ex gratia ad id se praestarent, sub poena eandem sortem subeundi.

Canonicus Magistralis praedicto Decreto acquiescere visus est, quamvis, prout ipse affirmat, propositum in animo foveret controversiam futuro Episcopo deferendi, ne interim cogeretur quaestionem extra Dioecesim ventilandam tradere: timebat forte ne Episcopus, qui tunc Dioecesim regebat, contra eum praeventus, causam, in ejus ageret praejudicium.

Post adventum novi Praelati in Dioecesi, anno 1914, Canonicus Magistralis querelas verbotenus promovit adversus Capitulare Decretum anni 1905; sed Episcopus ratus est ad h. S. C. rem exponere sequentibus literis, sub finem anni 1915 datis, quarum tenor hic est:

"Capitulum huius Ecclesiae Cathedralis, sessione

habita die vigesima octava mensis novembris, anno Domini 1892, unanimi Canonicorum consensu statuit taxam remunerationis, qua fruerentur alii, alios substituentes in officio, quando absentes fiunt a civitate, etiam in casu infirmitatis.

Nihil vero stipendium auferretur ex fructibus praebendae absentibus, tempore vacationum, aut quibus infirmitate adlaborent in ipsa civitate, modo aliquis Canonicorum libenter se obtulerit ad ipsorum officia adimplenda.

Ab anno vero 1905, atque virtute rationum quas postmodum licitum sit exponere, idem Capitulum etiam una mente pro rato habuit, ut nullus ex eis Canonicum Magistralem substituere posset absque retributione.

Cumque haud raro contingat, ut praedictus Canonicus Magistralis officia communia explere non valeat, quod simul onera specialia praebendae suae adimplere cogatur, apud me protestationem fecit decreti capitularis, illud existimans iniustum, atque paratum inveniri ad tribunalia casum deferre, ut jus suum prosequatur adversus Capitulum.

Quare ad litem sopiendam fas sit mihi Sacrae Congregationi examini subiicere haec, aliis omissis, argumenta quibus nitebatur Capitulum, quaeque in Actis scripto exaratis inveniuntur.

1. Mortis causa Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Raymundi Quesada et Gascon, ex tunc Episcopi huius Dioecesis (an. 1900) conventus Capitularis habitus fuit, in quo, nemine reffragante, decretum, ut Canonicus Magistralis vices suppleret Episcopi defuncti in orationibus, quas habere debuisset juxta tabellam divulgatam; cui vero decisioni capituli minime obtemperavit.

2. Occasione Iubilei anno 1901 celebrati in Hispania, Capitulum una cum Vicario Capitulari festa solemniam disposuere celebranda in Cathedrali, atque oratores designarunt ut Dei verbum praedicarent in ipsis; in ultima vero die, atque mane, petiit a Capitulo, ut ipse foret et non alius qui supra Cathedralam sederet in solemnitate vespertina; quod injuriosum videbatur auctoritati Vicarii Capitularis atque Capituli.

3. In oratione habita in Ecclesia Cathedrali, in die

solemnitatis Sancti Fructi, Patroni aequae principalis civitatis et dioecesis segoviensis, verba iniuriosa protulit adversus Episcopum. Capitulum adiit Praelatum, apud quem firmam suam adhesionem praestitit suamque protestatus est reverentiam. A Canonico Magistrali demandavit (sessione habita 6 nov. 1901) ut de prolatis verbis adversus Episcopum retractaretur, nec modo communi omnium expectationi satisfacit, quinimo et ipse protestatus fuit, quod et illa oratio a Capitulo examini subiceretur. Hac igitur de causa, triginta libellarum poena mulctatus est, et aliis quindecim, propter orationem habendam singulis quoque mensibus penes Capitulum, quamque ulla absque ratione tunc omittere habuit.

4. In conventu capitulari posthabito, die 10 dec. 1901, Canonico Magistralis publice poenitens factus est verborum, quae protulerat in oratione supra memorata adversus Episcopum; vi cuius, a poena implenda Capitulum liberum declaravit.

5. Noviter iniuriose se gessit adversus Capitulum (sessione 3 Sep. 1902) propter nominationem Sacerdotis, qui vasa sacra et paramenta custodire curaretur, ex quo iterum a Capitulo mulctatus fuit, iterumque a solutione poenae liberatus, post retractationem habitam in sequenti conventu capitulari, in quo solemniter promissit aliter se habere in posterum erga Capitulum (sess. 9 Sept. 1902).

6. Post haec, autem, quae manent memorata, in sessione habita ultra biduum, instavit dicens se tantum petiisse, ut verba sua non scripto exararentur in actis, et ut a poena implenda liberaretur; quo quidem viso, Capitulum maturo iudicio decrevit ex animi sui sententia agere, dummodo praedictus Canonico recognovisset atque ratum haberet, in epistola ad Decanum mittenda, se talia verba protulisse, atque in posterum paratum semper inveniri ad dispositiones Capituli bene suscipiendas eiusque decretis acquiescere. Semel cognita decisione Capituli a Canonico Magistrali, gratias publice egit apud gremium Capituli, propter benevolentiam habitam cum ipso; sed declaravit nullatenus accepturum quod a Capitulo propositum fuerat, quin potius exoptabat ut res in suo pristino statu servaretur (sess. 11 Sept. 1902).

7. Episcopus epistolam accepit a Canonico Magistrali, in qua hic non sat fideliter exponens rem, ab illo petebat, ut a poena imposita a Capitulo exoneraretur. Episcopus autem hanc transtulit petitionem ad gremium Capituli, quod quidem respondendum censuit quod sequitur: "Libentissime annuere Praelati decisioni cuiuscumque generis sit super proposita quaestione, quamvis omnis gratiae indignus putabatur praedictus Canonicus, ex modo se habendi erga Capitulum," (29 Oct. 1902).

8. Misericordia motus Episcopus erga illum atque vehementer desiderans, ut omnes prorsus in Capitulum fraterna charitate iungerentur, ad gratiam benigniter indulxit. Capitulum autem Praelati decisionem toto animo excepit, unice tantum se redolens, quod in difficillimis rebus undique teneretur Capitulum ex parte Canonici Magistralis.

9. Mos illi est, etiam ad tempus praesens usque perdurans, offerre Sacrum in Cathedrali cum aqua et vino de domo sua allatis timens fortasse, ut ab aliquo ex Canonicis aut ministrorum veneno occidatur; quod iniuriosum valde reputatum fuit semper a Capitulo.

10. Feria sexta in Parasceve anni 1905, stans in sede sua choralis, et coram ministris inferioribus, Psalmistis et quibusdam canonicis, EXHORTATIONEM PASTORALEM fregit minutatim Illustrissimi et Reverendissimi Episcopi Auriensis, qui quidem prius fuerat Archipresbyter huius Ecclesiae Cathedralis; in testimonium vocati ut deponerent, pro scientia sua, de facto, omnes prorsus unanimiter consenserunt super eo, et fragmenta plurima adhuc servantur in Cancellaria Capituli.

Quapropter et ex iis omnibus quae manent relata, magna Capitularium concordia et consilio factum fuit ut nullus ex ipsis officia chori et altaris Canonico Magistrali sublevaret absque retributione, usque adeo; quod si quis inter eos huic decisioni deficeret, ipso facto incedisset in poenam, eademque mulctaretur ac Canonicus praecitatus.

11. Finita demum sessione cuiusdam Capituli quod vocant spirituale et in quo tractatum fuerat de fraterna charitate, praedictus Canonicus Magistralis pugnis petere intendit Canonico Poenitentiario, eumque

cholaphis caedisset, ni alii Canonici obstiterint. Similiter et cum duobus aliis canonicis id facere voluit illos persequens usque ad porticum Ecclesiae.

Haec autem ad tempus praeteritum spectant. Ad praesens vero quod attinet, et vix incepto Pontificatu meo (10 Julii anni nuper elapsi 1915) terna vice, sin minus, paterna charitate eum adhortatus fui ut elongaretur ab inimicitia cum canonicis et mutua dilectione stabiliretur cum eis, salvis juribus utriusque et dignitate. Nec solum privatim illum admonui, verum et in visitatione pastoralis ad Ecclesiam facta, die 4 Aprilis anni decurrentis, in conventu extraordinario, me praeside, Canonicis congregatis, eos spirituali loquutione hortatus, ut mutuae dilectionis et christianae solidarentur relationes inter sese. Canonici omnes, hoc unice excepto, congratulati fuere valde amicabilem et paternae mediationis Episcopi, suam voluntatem ad Praelati voluntatem transferentes ad litem super proposita quaestione solutioni mandandam, quo modo magis consonum atque sibi benevisum fuerit. Canonicus Magistralis, non modo consilio Praelati sui parere visus est, quinimo et advocatum quemdam, propter ideas religioni adversantes maxime notum in Hispania, consuluit, eumque interrogavit de processu sequendo ut ius suum prosequatur adversus Capitulum.

Animadvertere autem est, quod in hac Ecclesia Cathedrali a remotissimis usque temporibus venit, ut Canonicus Magistralis officia communia, tum etiam specialia praebendae suae, per se vel per alios adimpleat, atque in caeteris Cathedralibus Hispaniae, quibus consultum est hac super re, de moribus nempe et obligationibus Canonici Magistralis, quoad onera specialia praebendae suae, ocurrentibus simul et officiis communibus chori et altaris in illo, eadem mos viget atque id fere unanimi consilio respondendum censuerunt "Canonicum Magistrale ad officia communia et specialia explenda teneri, modo aliquis Canonicorum libenter et ex animo haud praesto fuerit".

In his rerum adiunctis et pro maiori securitate a Sacra Congregatione Concilii sequentis dubii subscribens enixe deprecatur solutionem:

**“An sustineatur Decretum capituli in casu, attenta ratione agendi canonici Magistralis erga illud,,**

Eodem tempore ac Episcopus, Canonicus Magistralis ad ipsam C. recurrebat, iniustum et suorum iurium laesivum accusans Capituli Decretum, eiusque revocationem petens.

Capitulum de voto requisitum, ea de Magistralis indole retulit, quae ab Episcopo supra exposita sunt, et haec pressius relate ad quaestionem, conclusit. “Ex his manifestum apparet canonicum Magistralium teneri munera tam communia quam specialia per se vel per alium suis sumptibus adimplere, ideoque neque capitulum ut tale, neque canonicos ut singulos ad illa gratis absolvenda obstringi posse. Praeterea, consuetudo, optima legum interpres, hanc sententiam confirmat. Etenim semper in hac Cathedrali mos fuit, ut, cum aliquis canonicus, quisquis fuerit, munera propria, sive communia, sive specialia per se adimplere quacumque ex causa nequiverit; vel per alium a se rogatum, vel suis sumptibus ab omnibus, alterna vice, illa adimplerentur. Nulla, igitur, est ratio, cur pro Magistrali nunc fiat exceptio, prout de facto numquam facta est.,,

Revmus, Consultor, qui de voto fuit rogatus, rationes contendentium librat, et quaestionem pertractat sub duplici puncto, obligationis nempe Magistralis ad munera per substitutum implenda, quae concurrunt cum alio proprio sui officii, quod, iure inspecto, nega; et gratuita substitutionis, a Capitulo per Decretum anni 1905 relate ad unum Magistralium inhibita, quod vocat iniustum et nullius valoris. Sed quaestio, prouta partibus fuit proposita, non videtur respicere primum punctum a Consultore examinatum, nam Episcopus et Capitulum concorditer affirmant, ex praxi inolita nedum Segoviae, sed et in aliis Hispaniae Capitulis, Capitulares, et in specie Magistralium teneri per alios satisfacere munera communia chori, quando ratione propriae praebendae vel officii impediti existunt; quamvis contrarium teneat Canonicus Magistralis, haec scribens: “antequam Capitulum decerneret, exigere a me retributionem ob unum ex oneribus vel pe-

culiaribus mei officii, dum eadem hora concurrunt, erat mos in hac ecclesia cathedrali, ut dum alicui Capitulari simultanee incumbabant duo onera, transiret ad canonicum sequentem; videlicet hic transitus *non petebatur ut favor, sed urgebat ex consuetudine* et decisionibus capitularibus, quae vim legis habebant, eo quod non existeret hac re lex scripta pro Capitulo.

Quaestio igitur unice videtur circumscripta ad peculiarem conditionem a Capitulo factam Canonico Magistrali, tamquam in poenam suae indolis turbulentae et rixosae, vi Decreti anni 1905, et ad huius valoris pensandum, non parum conferre potest theoria a Consultore expensa circa inmunitatem Magistralis in sufficiendo Capitulari, quando ratione officii a muneribus choralibus obeundo impeditur.

Emicant interim EE. VV. quomodo respondendum sit Episcopo Segoviensi, qui sequens proposuit.

## DUBIUM

### **An sustineatur Decretum Capituli in casu, attentata ratione agendi Canonici Magistralis erga illud**

Die XVII marti 1917 S. Congregatio Concilii in plenariis Emorum. ac Revmorum Patrum Comitibus, in Palatio Apostolico Vaticano habitis, reformato dubio in hanc formulam "An deliberatio Capitularis sustineatur in casu", respondendum censuit: "Negative, et ad mentem". Mens est: "Episcopus iniungat Canonico Magistrali ut retractet iniurias et se gerat ea qua decet charitate erga confratres Canonicos, et quatenus sua pervicacia permaneat, aut alias deliquerit, eum compescat per media disciplinaria".

Facta autem de praemissis relatione SSmo. Dno. Nro. BENEDICTO Div.<sup>a</sup> Prov.<sup>a</sup> PP. XV per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, in Audientia die XVIII eiusdem mensis et anni, Sanctitas Sua resolutionem Emorum. Patrum approbare dignata est.— F. Card. Cassetta, Praefectus.— J. Mori, Secretarius.

(Del B. O. E. de Segovia).

## NUEVA EXTENSION DEL JUBILEO DEL CARMEN

Su Santidad Benedicto XV se ha dignado conceder, el 8 de Julio de 1916, que el día 16 de Julio, festividad de la Virgen del Carmen, pueden ganar indulgencia plenaria, "toties quoties", todos los fieles que visitaren la iglesia o capilla de la Orden Tercera del Carmen, tanto regular como secular, en aquellos lugares donde no exista iglesia de Religiosos Carmelitas, tanto de la primera como de la segunda Orden, mas en los lugares donde no exista ninguna de dichas iglesias, podrá ganarse el jubileo visitando la iglesia donde está canónicamente establecida la Cofradía del Carmen. Este privilegio se refiere a todos los fieles en general, sean o no cofrades carmelitas; mas los cofrades del Carmen podrán ganar todas las indulgencias concedidas a los que visitaren las iglesias carmelitanas, visitando su respectiva iglesia parroquial donde no exista iglesia del Carmen, de la Orden Tercera o de la Cofradía. Así lo declaró la S. C. de Indulgencias y Segradas Reliquias el 4 de Julio de 1908 (1).

Las Religiosas de otras Ordenes o Congregaciones podrán ganar el jubileo del Carmen visitando su propia iglesia, sea desde el coro, sea desde las tribunas. Así se ha dignado concederlo benignamente Su Santidad Benedicto XV en la audiencia tenida con el M. R. P. Procurador General de los Carmelitas Descalzos.

### APPENDIX AD INDULTA

SSmus. D. N. Benedictus PP. XV, sub die 8 julii 1916, benigne extendere dignatus est "Indulgentiam plenariam toties quoties", lucranda in Festo B. V. M. de Monte Carmelo, omnibus christifidelibus visitantibus Ecclesiam seu cappellam Tertii Ordinis nostri regularis vel saecularis "in locis ubi Ecclesia Religiosorum Ordinis non existat,; in iis vero locis, in quibus nec Ecclesia Tertii Ordinis reperiatur, visitando Ecclesiam in qua Confraternitas B. V. M. de Monte Carmelo sit canonice erecta.

(1) Vide A. S. S. tom. 41, pág. 610



Moniales aliorum Ordinum, eamdem Indulgentiam lucrari poterunt, visitando propiam Ecclesiam, sive e choro sive e tribunis.

“Non obstantibus quibuscumque,, etc.

---

## *Sacra Poenitentiaria Apostolica*

### SECTIO DE INDULGENTIIS

---

Vulgantur documenta quaedam concessionis indulgentiarum

#### I

“Cor Iesu Eucharisticum, adauge nobis fidem, spem et charitatem,,

Concedimus indulgentiam trecentorum dierum fidelibus praedictam invocationem devote recitantibus.

Ex Aedibus Vaticanis, die 5.<sup>a</sup> aprilis, Feria V in Coena Domini anno 1917.

#### BENEDICTUS PP. XV

Praesentis concessionis authenticum documentum, prout de iure, exhibitum fuit Sacrae Poenitentiariae, Apostolicae, Sectione de Indulgentiis, hac die 17 aprilis 1917.

In fidem, etc.

Bernardus Colombo, *S. P. Regens.*

L. ✠ S.

---

#### II

“1. Signore nostro, Gesù Cristo, noi ricorriamo a Voi; Dio santo, Dio grande, Dio immortale, abbiate pietá di noi e di tutto il genere umano. Purificateci dai nostri peccati e dalle nostre debolezze col Vostro Sangue divino. Amen.

2. Gesù mio, in Voi credo, in Voi spero, Voi amo, a Voi mi dono.

Madre mia santissima, datemi confidenza in Voi.

Quando, Gesù mio, vendró la Vostra bella faccia?

O María, Voi siete la fortezza mia, la liberazione, la pace e la salute mia,,.

"1. Señor Nuestro Jesucristo, nosotros recurrimos a Vos; Dios santo, gran Dios, Dios inmortal, tened piedad de nosotros y de todo el género humano. Purificadnos de nuestros pecados y de nuestras debilidades con Vuestra Sangre divina. Amen.

2. Jesús mío, en Vos creo, en Vos espero, a Vos amo y a Vos me entrego.

Madre mía Santísima, dadme confianza en Vos.

¡Cuándo, Jesús mío, veré Vuestro hermoso rostro!

¡Oh María!, sed vos mi fortaleza, mi liberación, mi paz y mi salvación.,,

Concedemos 300 días de indulgencia, aplicables a las almas del Purgatorio cada vez que se recen estas plegarias.

En el Vaticano 21 de Diciembre de 1916

BENEDICTUS PP. XV.

---

### **SOBRE EL MATRIMONIO CIVIL DE LOS ORDENADOS "IN SACRIS,,**

---

El Tribunal Supremo, por sentencia de 10 de Julio de 1916, declara que los españoles ordenados *in sacris* no pueden contraer el llamado matrimonio civil en España ni en el extranjero, sin obtener de antemano la dispensa del impedimento diariamente.

---

## **RESOLUCIONES DEL PODER CIVIL**

Sobre escarnio a la Religión católica

---

En la Villa y Corte de Madrid, a 5 de Julio de 1916; en el recurso de casación por infracción de ley que ante Nós pende, interpuesto a nombre de Eduardo Torralba Beci, contra sentencia de la Audiencia de Madrid, pronunciada en causa seguida al mismo por escarnio a la Religión católica:

Resultando que la indicada sentencia, dictada en 8 de Febrero de 1916, contiene el veredicto siguiente:

"A la primera pregunta. Eduardo Torralba Beci,

ges culpable, como Director del periódico *El Socialista*, de haber insertado en el número 4.463, correspondiente al domingo 4 de Abril de 1915, un artículo, que conoce íntegramente el Tribunal de hecho, titulado "Cuartillas volanderas," con el subtítulo de "Domingo de Resurrección," en el cual, afirmando que no hay quien pueda substraerse a escribir un juicio sobre la teatral conmemoración que celebra la Iglesia, asegura que no se conoce por nadie lo que se celebra, ni la historia de Jesucristo; que el sacrificio de Éste no le sirve para nada al articulista; que el misterio es un gran medio de someter a los espíritus supersticiosos, y que el pecado es una letra a la vista que cobra la Iglesia religiosamente, proponiéndose con todo esto y el espíritu general del trabajo ofender y menospreciar la Religión católica? - Sí.":

Resultando que la propia sentencia contiene el siguiente:

